



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

De cæco nato ad eius tumbam sacram illuminato. Metrvm Qvod Supra.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Scilicet adnitens dignos deducere restes  
Authenticis scriptoribus,  
In commendandis causis per nos memorandis,  
Ne fluctuans opus ruat,  
Ex veterum multis extraxi carmina scriptis  
Incognitis & cognitis;  
Huic seruo flores quæsumi nobiliores  
Per pratasue per nemus.  
Et nunc complanata datur mihi regia strata,  
Præsente carminis via...  
Quoniam vel scriptum, vel teste superstite dictum,  
Versu nihil reponitur.

De cæco nato ad eius tumbam sacram illuminato.

M E T R U M Q V O D S V P R C.

V Rbs præclaraparet, quam digne Iulius optet  
Casar, iuuamen ut foret,  
Cui obex omni rebus dubitis regions,  
Cui nomen est Iuuauium: \*  
Huic olim digno voluit clarescere signo  
QVIRINVS in D E O potens:  
Hinc delegatum tradit sine lumine natum  
Ad Martyris domum pij,  
Ille jejunus lucis perquirere manus.  
Fideliter deouerat.  
Iam ripas ENI fluuij transgressus amœni:  
Ibat vias per inuias,  
Nunc caloscandens nunc vallibus infera tangens, O  
Deserta permeauerat.  
Ductor matura monet hunc ut prandeat hora:  
Votimemor se continet.

\* Id est, Salieburgum,

M 2 Post

24 QVIRINALIA

Post modicum rursum, non se procedere prorsus,  
Ait Comes, ni prandeat.  
Perstitti immotifortis custodia voti,  
Nec audit improbum ducem:  
Ille relinquebat miserum villam, petebat,  
Esum sibi querens ibi.  
At desolatus miseris leuat iste precatus,  
Dei rogans clementiam,  
Quo testis digni merito mediante QVIRINI,  
Eidaret solatium,  
Ut bona quæ sperat, directo tramite querat.  
Post quam fide perorat haec,  
Propitium numen dat eum sentiscere lumen,  
Nec dum tamen plenarie.  
Sed peragendarum noscendo calle viarum,  
Ducis vicem præbens sibi,  
Cum peruenisset supplex & procubuisse,  
Fundens preces ad Martyrem,  
Clarius agnouit lumen tenebrasq; removit;  
Ouans reuertitur domum,  
Enarrans cunctis præconia digna salutis,  
Sibi datæ per Martyrem.

De contracta directa.

ODE DICOLOS DISTROPHOS.  
Metrum primo verfu Heroicum, altero  
Iambicum senarium.

Q Vædam contractis ad nates clinica plautis,  
Prima die Nouembris à parentibus  
Ad tumbam delata ruit supplex, ita nata,  
Ut se suis nusquam referret gressibus.